

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

1621.

Principium huius anni varium fuit, primum quasi ver-
num sine nivibus, serenum et sine singulari gelu tam noc-
turno quam diurno tempore. Mox tamen, circa 6. Ian., fri-
gus satis durum, absque tamen nivibus successit, quod non
diu duravit. Hinc usque ad 20. Ian. ipsum ver suum prin-
cipium incoepisse videbatur. Post haec parva nix circa 24.
cecidit, quam tam horrendum frigus ex improvise, quod per
integrum mensem continuavit, insecutum est, cuius vix
quisque meminerit. Ut enim de aliis locis nihil dicatur,
ipse Anasus per aliquot dies quasi totus congelatus et
glacie obductus constitit, quod a multis annis Styrae non
contigit. Incredibile dictu est, quot homines ubique locorum,
praesertim ubi miles omnia aedificia superiori anno incen-
derat, frigore hoc durissimo miserrime sint exincti.

Witterung.

Mirum tamen fuit, quod in tanto frigore neque arbores
neque etiam vites aliquod singulare damnum acceperint:
Deus singulariter praeservavit et in ipsos homines ani-
madvertit.

Hoc mense et anno R. D. Prior *Garstensis* F. *Ioannes*
Nicolaus Prudentius cum consensu ven. conventus pro fu-
niculo ligatorio Rmi. D. abbatis *Antonii*, cuius festum in
17. Ian. incidit, pulcherrimam pictam tabulam imaginem, in
qua martyrium s. Placidi et soc. repraesentabatur, fieri
curavit. Quia tamen illa serius apud pictorem insinuata
fuerat, ad praedictum diem absolvi nequivit, quam nihilo-
minus alio tempore idem D. Prior nomine totius conven-
tus Rmo. D. suo abbati memoriae et debitae observantiae
ergo obtulit.

Garsten.
Kunst.

Die 19. Ian. in absentia Rmi. *Linzii* D. decanus *Lin-*
zensis in monasterio *Garstensi* fuit. Cuius rei causa, certo
non constat, nisi forte ex sua parochia *Neukirchen* altaris
novi erecti gratia huc diverterit.

Besuch.

Rmus. rursus negotiorum provincialium causa, maxime
quia adhuc in suo officio deputati D. ordinarii status DD.
praelatorum erat, *Linzium* concessit multas septimanas ibi
permansurus.

Abt.

Abiit autem die 24. Ian., quo die R. quoque D. Prior
cum aliquo praecipuo aulico ad parochiam in *Dernberg* ad
rationes ecclesiae parochialis ibidem accipiendas abiit.

Ternberg.

Hoc mense circiter 50 equites D. supremi vicarii
Ducis Bavariae *Adami de Herbersdorf Styram* venire, qui
per plures septimanas cum aliquo gravamine — optime
tamen merito — in suburbio *Steyrdorf* hinc inde domatim
dispositi et divisi sunt; a civibus omnia necessaria victualia
pro viris et equis iussu senatus exhibita sunt.

Steyr.
Einquartie-
rung.